Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

Terms and Conditions
The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

per te nob aperte sunt quas hodie gloriosa cum angelis
triumphas ps Celi enarrant an Benedicta tu in
mulieribus et benedictus fructus ventris tui ps Domini
est terra V Specie tua Cantica canticorum

Osculetur me osculo oris sui quia
meliora sunt ubera tua vino fragran-
cia unguentis optimis Oleum effusum
nomen tuum ideo adolescentule dilexerunt
te Trahe me post te curremus in odore un-
guentorum tuorum Tu R Vidi speciosam sicut
columbam ascendentem desuper rivos aquarum cuius ines-
timabilis odor erat nimis in vestimentis eius Et sicut
dies verni circumdabant eam flores rosarum et lylia
convallium V Que est ista que ascendit per desertum
sicut virgula fumi ex aromatibus mirre et thuris
Et sicut dies Lectio secunda Introduxit me
rex in cellaria sua exultabimus et letabimur
in te memores uberum tuorum super vinum recti
diligunt te Tu R Sicut cedrus exaltata
sum in lybano et sicut cypressus in monte syon
quasi mirra electa dedi suavitatem odoris V Et sicut
cynamomum et balsamum aromatizans dedi suavita-
tem odoris Lectio tercia Nigra sum sed for-
mosa filie ierusalem sicut tabernacula cedar sicut
pellis salomonis Nolite me considerare quod
fusca sim quia decoloravit me sol Tu R
Que est ista que processit sicut sol et formosa
tamquam ierusalem viderunt eam filie syon Et beatam
dixerunt et regine laudaverunt eam V Que est
ista que ascendit Et beatam In secundo nocturno an

Emissiones tue paradysus malorum punicorum
cum pomorum fructibus ps Eructavit cor an
Fons ortorum puteus aquarum viventium que fluunt
impetu de lybano ps Deus noster refugium an Talis
est dilectus meus et ipse est amicus meus filie
ierusalem ps Fundamenta V Diffusa Lectio quarta
Sermo Celebritas hodierne diei nos
admonet ut in laude virginis maiora
non debeamus quia reverenda dignum est ut in
die tante genitricis laudes domini non sileat